Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De fide, spe, charitate - Cod. Ettenheim-Münster 200

**Lugo, Juan**

**[Köln, Rom], 1635**

Dispvtatio V.

urn:nbn:de:bsz:31-117176

Visual Library

consequens partim augebunt meritum, quatenus magis ostendunt debitum credendi, & partim minuent, quatenus minuunt difficultatem fidei, & aliquando interveniet culpa, si voluntas taliter acquiescat illis motivis ut parata sit ad non credendum propter minora etiamsi essent sufficientia. dixi a. saepe caeteris paribus, quia contingere potest ut id quod rationes minuunt de merito propter minorem difficultatem, compensetur aliunde ex maiori intentione, qua ablata difficultate operemur, vel ex promptitudine qua paratus est homo ad credendum etiamsi non essent tot rationes naturales vel tot motiva nec tolleretur difficultas.

# DISPVTATIO V

## De Confessione externa Fidei.

Postquam egimus de actu interno fidei tam quoad intellectum, quam quoad voluntatem, sequitur agere de actu externo seu de confessione & professione externa fidei, de qua S. Thomas in praesenti q. 3.

## SECTIO I

### Quale sit praeceptum Confessionis externae Fidei?

De hac materia, quae moralis est, videatur Thomas Sanchez in Decalogo lib. 2 cap. 4. nos breviter naturam praecepti explicemus. est itaque duplex praeceptum, alterum negativum non negandi fidem, alterum affirmativum fidem positive confitendi, istud obligat semper & pro semper contra aliquos haereticos, quos refert Valentia in praesenti q. 3. punc. 2. & constat ex Matth. 10. qui negaverit me coram hominibus negabo eum coram Patre meo, ubi adverte ex Augustino non solum negari Christum quando aliquis dicit Christum non esse Deum, sed etiam quando negat se esse Christianum vel discipulum Christi, Petrus enim non negavit Christi Divinitatem, sed negavit se eius discipulum, & tamen gravissime peccavit non solum propter periurium in 3tia negatione adiunctum, sed etiam propter negationem simpliciter in duabus prioribus.

Solet probari communiter malitia huius negationis: quia qui negat fidem consequenter dicit Deum esse fallacem qui eam revelavit. haec tamen ratio non videtur firma. primo quia ille sicut simul negat esse a Deo revelatam, & per consequens adhuc concedit Deum esse summe veracem.

deinde quia potest dicere se adhuc non esse Christianum, quia nunquam fuerunt ei proposita fidei mysteria et motiva ad credendum, ex eo quod mihi non sint proposita fidei mysteria non sequitur ipsam non esse veram, et negare me Christianum solum esset tunc mendacium leve.

2do Melius probatur ex obligatione qua servus Christi tenetur non erubescere Dominum suum, et est dedecus Domini quod servus dedignetur eum pro Domino profiteri, nam eo ipso negat illi debitum cultum, quare cum haec obligatio tanto sit maior quam in creatura ad creatorem obligat etiam cum vitae periculo, ideo Christiani quando accipiunt Sacramentum Confirmationis signantur in fronte signo Crucis ut non erubescant Christum crucifixum, nam qui eum erubuerit hunc filius hominis erubescet. Lucae 9.

Dices: Ergo etiam erit peccatum mortale si Sacerdos vel Religiosus metu mortis negat se esse Sacerdotem vel Religiosum. Aliqui concedunt sequelam, quia hic etiam erubescit statum perfectionis Christianae. sed Sanchez ubi sup. num. 9. cum aliis multis negat, quod quidem secluso scandalo verum videtur. probant: quia ex hoc non videtur negare fidem nec sequitur fidem esse falsam. verum haec ratio iam supra rejecta est. melius ergo probatur: quia adhuc negato Sacerdotio vel statu Religioso possum me profiteri Christi servum, quod vero negem tale vel tale genus obsequii et famulatus non est gravis iniuria Dei, alioquin etiam peccaret mortaliter saecularis qui ob verecundiam negat amicis se habere votum castitatis vel Religionis, quod tamen est omnino falsum.

Advertendum etiam est cum communi aliud esse si aliquis negat Christianum quando agitur de ipso fidei negotio, aliud vero quando nomine Christianorum intelligitur nomen nationis inimicae, ut si gerentibus bellum Turcis cum Christianis aliquis ut possit evadere hostes dicat se non esse Christianum sed Turcam. ratio .a. discriminis est, quod tunc non agitur de Religione, sed solum de dignoscendis personis, quare tunc ~~non~~ tam non nego Religionem quam meam personam fingendo aliam, ut si aliquis fingeret se esse Regem Angliae non peccaret contra fidem, sed contra veracitatem, sicut neque est iniuria Domini quod cives famulus fingat se esse alium hominem, esset tamen contra Dominum si servus retinendo suam personam negaret se servum esse illius, sic etiam in praesenti.

2dum praeceptum est affirmativum scilicet positive confitendo fidem quod fortasse nunquam obligat per se et ratione sui, sed ~~per~~ vel ratione charitatis ad confortandos alios debiles, vel ratione Religionis quando silentium esset in dedecus fidei, vel ad recipienda Sacramenta, haec enim sunt quaedam fidei protestationes, vel ratione aliarum virtutum. circa hoc praeceptum distinctio communis esse solet teneri aliquem confiteri fidem quando interrogatur a Iudice vel Tyranno authoritate publica,

secus

secus quando interrogatur privatim, tunc enim potest tacere. alijs non 
placet haec distinctio, quia negatio fidei tam argueretur ex silentio coram homine privato quam coram Judice, nec Tyrannus habet maius Jus ad interrogandum fidelem quam homo privatus.

Adeo melius dici potest iuxta rationem suprapositam tunc solum silentium esse culpam gravem, quando illud indicaret erubescentiam propriae Religionis attentis omnibus circumstantijs, quia tamen haec magis indicatur ex silentio coram Tyranno vel homine potente, quam coram inferiore, regulariter magis arguitur negatio fidei in primo casu quam in 2do, nam in 2do potest facile respondere ille qui interrogatur quid ad te aut quorum tu meam fidem inquiris? ex quo magis argueretur contemptus personae interrogantis, quam propriae Religionis.

Dubitari solet in praesenti: an sit illicitum uti rebus aut vestibus proprijs infidelium eo quod illa videatur esse quaedam implicita negatio fidei? de hoc late Thomas Sanchez ubi supra, et Suarez in praesenti disp. 14 cap. 4. et 5. cum quibus breviter dico, si vestes institutae sint ad colendum Idolum v:g: vel ad exercendum ritum falsum non licere earum usum, quia est quaedam protestatio actualis falsae Religionis, si vero sint ex se indifferentes licere, quamvis sint propriae alicuius nationis infidelis. deinde si sint institutae ad [struck-out word] distinquendos fideles ab infidelibus, ut Judaei Romae utuntur pileo vel galero flavi coloris, plures negant licere, verius tamen videtur licere ex causa gravi secluso scandalo, quia ille pileus v:g: non est protestatio falsae sectae, alioquin non potest Summus Pontifex illius usum praecipere, hoc enim esset praecipere actum intrinsece malum, sed est habitus quidam praeceptus Judaeis, potest ergo fidelis ex gravi causa uti illo habitu licet lex Pontificis eum non obliget, et licet ex hoc aliqui colligerent eum esse Judaeum. denique neque esset negare fidem si aliquis relinquat vestem quam Princeps vel Tyrannus praecepit uti omnes Christianos ut dignoscantur, nam licet Tyranno de fide interroganti teneamur fidem confiteri, non tamen debemus nos publice prodere Tyranno convocanti omnes fideles vel praescribenti certum habitum, neque ex hoc sequitur iniuria Religionis.

Solet etiam hic dubitari: an liceat fugere Tyrannum fideles persequentem et inquirentem; et denique quas poenas incurrat qui fidem non interius sed exterius negavit, haec tamen late apud Summistas habentur. unum tamen superest dubium morale, quod omnes praetermittunt: an circa hoc praeceptum Confessionis fidei possit dari parvitas materiae, quod quia utile et difficile, breviter discutiendum erit.

Sectio II.

# SECTIO II

## Vtrum circa Fidei confessionem possit peccari venialiter propter materiæ parvitatem?

Casus ē satis frequenter occurrens, v:g: aliquis concionator in publica concione vel aliquis in privata sermone dicit Adamum vixisse tot annos, cum tn ex Scriptura constet vixisse minꝰ uno anno, vel dicit Davidem habuisse tot filios cum habuerit pauciores, an sit peccatum mortale, an solum veniale ob mæ parvitatem?

Suppono, primo si error eēt circa aliquid pertinens ad dogmata fidei Chrianæ vel ad honorem Dei, vel morum integritatē, aut de quo eēt controversia cum hæreticis, & oporteret explicare sanam doctrinam fore peccatum grave & mendacium perniciosum, sive id fieret ex industria sive ex ignorantia culpabili. Suppono 2do in casu quæstionis n̄ intervenire assensum internum contra obtū revelatum scienter præstitum, alioquin n̄ ē dubium quin talis assensus contra obtū revelatum quantumvis leve eēt peccatum hæresis destructivum fidei; dubium ergo solum procedit de narraōe externa alicuiꝰ historiæ sacræ cum aliqua levi circumstantia quæ sit contra veritatem historiæ in Scriptura contentam, in quo etiam casu idem dicendum videtur sive id dicatur scienter sive ex ignorantia vel negligentia culpabili, nam sicut authoritas Dei postulat fidelitatem, sic etiam advertentiam referentis fideliter de rebꝰ a Deo revelatis, eadem ergo ē difficultas in vtroq casu.

Pro parte negativa, qd scilicet n̄ detur parvitas mæ videtur stare authoritas cōis, nam licet Doctores n̄ disputent in terminis de hac quæstione, docent tn vrsliter mendacium in mā fidei eē peccatum mortale. Navarrꝰ in manuali cap. 25. num. 145. & cap. 18. num. 4. Caietanꝰ in summa verbo prædicatorum peccata. Sederma 2da parte summæ tract. 14. cap. 2. in fine. Emanuel Sâ verbo prædicare num. 4. & alÿ Thomistæ cōiter ex S. Thoma in 2. 2. q. 110. art. 4. ubi etiam Caietanus.

2do ptr raōe: qa ideo hoc saltem se exteriꝰ opponit authoritati divinæ negando aliquam veritatem revelatam, Deo a. n̄ solum fit gravis offensa negando eiꝰ veracitatem in re gravi sed etiam in re levi, vtrumq ē. pariter Deo repugnat. Confirmatur:

sa in

qa in mãa periurij n̄ datur peccatum veniale ex parvitate mat.; eo qd æq repugnat Deo testificari mendacium leue sicut grave, ẽ ideo in vtroq graviter offenditur Deus & similiter graviter offenditur Deus si afferatur pro authore rei falsæ etiam levis, qd videtur fieri quando dicis in scriptura sacra referri talem circumstantiam quæ reipsa ẽ falsa.

Tertio pbr: qa talis concionator proponit revelatum a Deo id qd n̄ ẽ revelatum, ex quo fit vt moveat Auditores ad conandum quantum ex se ẽ credere illud obitu fide divina, qd videtur grave malum, sicut si scienter proponeres populo adorandam hostiam n̄ consecratam, nam huius malitia videtur ẽẽ qd ponatur pro mãa ẽ obito Religionis id qd n̄ ẽ mãa & similiter erit peccatum grave proponere pro mãa fidei qd revera n̄ ẽ mãa; hæc videntur vrgere pro hac parte.

In contrarium tñ pro parte affirmativa inprimis videtur etiam ẽẽ authoritas cõis Doctorum, qui agentes de mendacio cõiter exigunt ad malitiam mortalem mendacij qd sit graviter pernicio=sum, quare obiter videntur supponere quoties n̄ ẽ gravis pernicies mendacium ẽẽ solum veniale. in nro a. casu mendacium n̄ ẽ perni=ciosum, supponimus ẽ. ex eo nullum Auditorum damnum vel scandalum procedere & n̄ erit mendacium perniciosum ẽ grave sed officiosum ẽ leve.

2do malitia gravis huius mendacij in eo consistere posset qd exterius te opponas divino testimonio negando veritatem obiecti revelati, ẽ per consequens implicite concedendo Deum ẽẽ mendacem hoc a. n̄ sequitur in nro casu, nullatenus ẽ. negas Deum ẽẽ summe veracem, n̄ ẽ. interius, vt suppono; neq etiam exterius, nam exterius n̄ dicis aliquid ẽẽ verum licet oppositum sit revelatum a Deo, imo potius dicis hoc ẽẽ verum, qa hoc ẽ revelatum, ẽ per consequens iam fateris qd si oppositum ẽẽt revelatum ẽẽt etiam verum & tollis funditus irreverentia adversus divinum testimonium, sicut si scires aliquid dictum fuisse a Rege, ẽ tñ contentionis causa defen=deres oppositum aiens hoc potius Regem dixisse, ẽ ideo hoc ẽẽ credendum, tunc certe n̄ videris graviter offendere Regiam authoritatem ẽ hono=rem debitum Regio testimonio.

Tertio ponamus hoiem habentem privatam revelaoem suæ mortis, si hic interrogetur: an habuerit eam revelaoem? quis dicat eum n̄ posse negare sine peccato mortali? & similiter poteris sine peccato mortali negare Deum revelasse aliquam circumstantiam alicuius historiæ negando simul eam circumstantiam ẽẽ in scrip=tura sacra. pbr conseq: qa hæc circumstantia n̄ magis refert quod

scitur

sciatur ab Auditoribus quos habes quam mors aliena, vt suppono &
sicut ille absque peccato mortali potest negare mortem sibi esse revelatam,
sic poteris tu absque mortali negare illam circumstantiam esse revela-
tam neque illa deceptio erit grauis sed levis.

Ultimo quia nimis durum videtur et praeter morem etiam
moratorum hominum obligare concionatorem ad referendas historias
sacras adeo semper exacte vt nullam circumstantiam quantumuis leuem
possit sine culpa lethali variare. pro quo videtur facere id quod refert
Sà verbo mendacium num. 2. vbi sic ait: mentiri in concione in
pertinentibus ad doctrinam quidam aiunt semper esse mortale, alij non
semper, quod intellige si sit materia levis. imo Caietanus infra q. 110. art. 4.
in fine docet quod allegare vnum Prophetam pro alio non est peccatum
mortale, quod idem docet Navarrus dicto cap. 18. num. 4. quia hoc, inquit, est
mentiri circa accidentalia doctrinae; ex hoc autem possumus arguere ad
nostrum casum, quia de fide etiam est talem prophetiam v.g. esse Isaiae
& qui verba Isaiae tribuit Ieremiae, eo ipso negat materialiter aliquid per-
tinens ad fidem scilicet verba illa esse Isaiae, et tamen excusatur a mortali
ob levitatem materiae Ergo similiter in nostro casu. in quo etiam sensu
intelligendum videtur quod cum communi docet Thomas Sanchez lib. 2 in Decal.
cap. 37. num. 9. peccare mortaliter eos qui falsa miracula prae-
dicant aut scriptis mandant, et quod Caietanus in summa verbo praedicatorum
peccata, Navarrus dicto cap. 18. num. 5. et alij communiter dicunt peccare mor-
taliter fingentes gesta Sanctorum, nam haec etiam omnia ex levitate materiae
possent aliquando esse peccatum veniale, vt si solum esset mendacium
circa aliquam circumstantiam levem.

Ex quibus potest responderi etiam ad argumenta supra in con-
trarium adducta. ad primum negando illam esse sententiam communem, nam
licet Doctores loquantur aliquando vniuersaliter, non tamen loquuntur expresse
in nostro casu in quo eorum ~~verba~~ possunt admittere exceptionem, nam
eodem modo dicunt generaliter doctrinam falsam seu mendacium in
materia spectante ad mores aut fidem esse ~~mem~~ peccatum mortale, et tamen
nemo dicet non posse dari mendacium leve in doctrina morum ob parui-
tatem materiae. adde aliquos expresse insinuasse hanc exceptionem
in materia fidei, vt de Sà et Caietano visum est. Navarrus etiam dicto cap.
18. postquam posuit regulam generalem quod peccat mortaliter qui
mentitur in materia fidei sacrae Scripturae vel morum, indicat statim et
addit hoc non procedere quando fit vel solum propter multiloquium vel alias
causas sine animo et periculo nocendi notabiliter et persuadendi aliquod falsum
alicui, in quibus verbis contineri videtur exceptio nostrae quaestionis.

Ad secundum iam diximus hunc non esse ~~cap~~ opponere formaliter

veracitati

veracitati divinæ, n. e. dicit Deum aliquid falsum revelasse coniungendo revelaoem cum falsitate, sed asserit aliquid eē falsum dicendo simul illud n. eē revelatum a Deo & paratum se ostendens ad mutandam sententiam quando constiterit de contraria revelaõe.

Ad confirmaõem petitam ab exemplo periurij Rx n. eē simile adhibere Deum testem alicuius veritatis prout adhibetur in iuramento, & dicere Deum aliquid dixisse, alioquin sicut n. possumus licitè iurare rem illam cui solum probabiliter assentimur nisi habeamus aliquam certitudinem, sic nec liceret dicere Deum aliquid revelasse nisi eēmus certi de revelaõe. Consequens a. ē falsum, nam sæpe dicimus absolute, hoc est de fide, Deus hoc revelavit, cum tñ sint opiniones probabiles inter Doctores an illud sit de fide. raõ a. differentiæ videtur eē, qd quando iuramus significamus nos habere talem certitudinem de obto ut audeamus petere a Deo qd sit testis illius, qd quidē contineret gravem Dei iniuriam & irreverentiam si in reipsa eēt periculum falsitatis, nam eēt velle defendere qd Deus etiam sit nobiscum deciperet Auditores. at vero quando sine iuramento per simplicem affirmaoem dicimus Deum aliquid revelasse, n. eo ipso volumus qd Deus id testetur & decipiat Auditores, sed nos ipsi solum volumus mentiri narrando revelaoem Dei quæ n. fuit, n. tñ adducendo Deum ut fiat particeps nri mendacij. ex quo fit ut viri timoratæ conscia cum maiori cautela & attentione loquantur quando iurant quam quando simpliciter aliquid narrant, etiamsi referant sacræ Scripturæ historias. ad qd facit id qd docent comiter Theologi in mat. de Iuramento de hac loquendi formula: Deus scit hoc ita eē sicut dico. docent e. si hæc verba proferantur cum aio invocandi Deum in testem & petendi qd affirmet id qd dicimus tunc eē peccatū mortale si sint cum mendacio, si a. proferantur enunciativè asserendo Deum hoc scire, tunc n. eēt peccatum mortale sed mendacium leve, qa tunc ego solus volo loqui. videatur Thomas Sanchez qui alios refert lib. 3. in Dec. cap. 2. num. 20.

Ad 3tium Rx eum qui proponit adorandam hostiam n. consecratam peccare quidem graviter, qa ē caa qd cultus debitus Deo tribuatur pani, at vero in nro casu assensus, quem Auditores præstant errori, n. ē cultus qui tribuatur errori, sed veracitati Dei quæ per illum etiam assensum colitur, licet obiectū mãale creditum falsum sit.

Videtur itaq hæc pars probabilitatem habere, præsertim si n. frequenter contingat, nam ita frequens poēt eē hæc variatio in circumstantijs rerum fidei, ut n. parum derogaret authoritati

doc=

doctrina ē pareret contemptum magnum apud Auditores, atq ita conscribendem his ratiōbꝫ persuasi multi ē graues Magistri Salmanticenses quos de hac quæstione consului, ē pro ea videtur stare expresse. P. Salas j. tom. in j. 2dæ. tract. 3 disp. 4. sect. 2. num. 15. obi asserit n̄ eē peccatum mortale aliquam falsam circumstantiam dicere contra Scripturam in mā levi ex negligentia etiam voluntaria. q̄d vero neq scienter illam dicere sit mortale, docuit idem Author in manuscriptis huiꝫ mæ art. 3. dub. j. ubi ex eo probat malitiam negaōis fidei n̄ consistere in eo q̄d Deum faciat fallacem, qa alioquin, inquit, mortaliter peccaret qui ex industria vel notabili negligentia referret aliquam Scripturæ historiam cum aliqua falsa circumstantia nihil referente ad dogmata fidei vel ad mores, ut dicendo aliquem obijsse uno anno qui obijt alio; consequens a. videtur falsum ē durum; ē postea addit: existimo n̄ eē mortale negare exteriꝰ tm̄ veritatem fidei quæ nihil referat ad honorem Chri, Dei, vel Sanctorum, vel ad mores, ~~vel~~ ē quæ n̄ sit dogma fidei aut versetur in controversia, ac proinde nec exterius negaōe Ecclesia poīt dividi vel turbari aut aliud periculum sequatur, dummodo n̄ appareat id dictum eē a Deo; nã ē. in negando irrogaretur Deo grauis iniuria, qa existimaretur fallibilis vel fallax. hæc st̄ verba prædicti Authoris, qui magis in terminis licet obiter videtur attigisse casum quæstionis nræ, ē nram sententiam expresse tenere.

# DISPVTATIO VI

## De habitu Fidei.

Diximꝰ de actu interno ē externo fidei, nunc de habitu, de quo S. Thomas q. 4. agit a. in præsenti de illa fidei definitione quam tradit Paulꝰ ad hebr. jj: fides ē sperandarum substantia rerum, argumentum n̄ apparentium. de cuius explicaōe diximus in superioribus; item an habitꝰ fidei sit certus ē certior alijs habitibꝰ intellectualibꝰ, de quo etiam diximus disputaōe 3tia.

Sectio I.